

Hermannchronik
(MGH SS 5, S. 131.37–133.43)

Wien Hs. 3399, Fol. 106^v–109^v
Muri-Sarnen Hs. 10, Fol. 96^r–97^r

pertinentia pro Cisalpinis illi quasi per concambium tradidit. Cumque idem papa de Nordmannorum violentiis et iniuriis, qui res sancti Petri se invito vitenebant, multa conquestus esset, ad hos etiam inde propulsandos imperator ei auxilia delegavit.

alpinis quasi per concambium illi tradidit, eique contra Nortmannorum violentiam propulsandam auxilia delegavit.

Ea siquidem gens a temporibus prioris Heinrici imperatoris in Calabriae, Samniae Campaniaeque partes paulatim ex Gallici oris oceani adventitia confluebat; et quia bellicosior Italicis gentibus videbatur, primo gratanter accepta, crebro indigenis contra Grecorum et Saracenorum incursiones audacter praeliando auxiliabatur. Postea vero pluribus eorum ad uberem terram accurrentibus, viribus adaucti, ipsos indigetes bello premere, iniustum dominatum invadere, heredibus legitimis castella, praedia, villas, domos, uxorem etiam quibus libuit vi auferre, res aecclesiarum diripere, postremo divina et humana omnia, prout viribus plus poterant, iura confundere, nec iam apostolico pontifici nec ipsi imperatori, nisi tantum verbotenus cedere. Ad horum igitur nefaria et inextricabilia scelera illis e partibus eliminanda, indigenasque ab eis liberandos, dominus papa animum in-

Ea siquidem gens a temporibus prioris Heinrici regis in partes Calabrie, Samnie Campanieque confluit; et quia indigenis contra Grecorum et Saracenorum incursiones audacter praeliando auxiliabatur, primo gratanter accipitur. Postea vero pluribus eorum ad uberem terram concurrentibus, viribus adaucti, ipsos indigetes eorum et res violenter possidere.